UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sanctis Crispino [et] Crispiniano martyribus. Cap[itulum]. cxvi. [i.e. cvi].

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

ligno putrefacto cippus in pulueꝛem vertitur.
Que cū milites magicis artibꝰ aſcriberēt lotio
chꝛyſanthum perfundere ceperunt: vt ab eo in
cantatiōes diluerent: ſꝫ aqua mox putēriſſima
in roſeum odoꝛem conuerſa eſt. Deinde vitulū
excoꝛiauerunt: ⁊ coꝛio illum nudum cinxerunt:
⁊ in ſole per hoꝛas plurimas poſuerunt: ſed co
rium nullam calefactionē ſentiens: in eadem vi
riditate permanſit. Iterū cathenis ferreis vin
citur ⁊ in carcerē obſcuriſſimū mittitur. Sed
lux ei nimia diuinitus eſt infuſa: ⁊ vincula ſunt
reſoluta. Que cū milites claudio nunciaſſent
iuſſit ſanctū ad ſe adduci ⁊ nodoſis fuſtibus ce
di: ſed fuſtes in manibus tenētium ſolidi qua-
ſi ferrei erant: cum ꝟo percuterēt: quaſi plume
molles fiebant. Quod videns claudius cū vxo
re hilaria ⁊ filijs iaſone ⁊ mauro: ac prefatis ſe
ptuaginta militibus crediderunt: ⁊ baptizati
omnes coꝛonam martyrij perceperunt. De qui-
bus ſupꝛa in eoꝛum paſſione dictum eſt kalen.
decēbꝛis. Audiens hec imperatoꝛ numerianus
chꝛyſanthum in carcere tuliano obſcuriſſimo ⁊
fetidiſſimo iuſſit recludi. Dariam ꝟo ad publi-
cum meretricum locum adduci. Sed continuo
diuina miſericoꝛdia Chꝛyſantho lux diuina: et
odoꝛamenta ſancta preſtantur. Darie ꝟo leo de
cauea amphitheatri fugiens cuſtos eius virgi-
nitatis dirigit. Qui ingreſſus cellā: vbi virgo
oꝛans proſtrata iacebat: iuxta eam ſe poſuit: vt
quaſi ſecum videret oꝛare. Mittit quidam ne-
fandus: vt virginem coꝛrūpat: ſed a leone captꝰ
in terram deijcitur: qui ſine leſione eum tenens
ad ſanctā vultu conuertit: ⁊ quaſi innuēs: quid
de captiuo fieri iubeat: ſciſcitatur. Que prece-
pit ne ipſum in nullo lederet: ſed ad ſe audien-
dam venire permitteret. Leo igitur eum relin-
quēs in oſtio cellule ſe poſuit: vt nec ille poſſet
exire: nec alius introire. Uir aūt ille viſo mira
culo: ⁊ auditis ſermonibus virginis: cōuerſus
eſt ad xp̄m: ⁊ per vrbē diſcurrēs: deum xp̄iano
rum verū oīm creatoꝛem pꝛoclamabat. Mittū-
tur venatoꝛes: vt leonē capiant: ſed oēs a leone
capiūtur: ⁊ ſine leſione ante pedes darie depo-
nuntur: ⁊ ab ea cōuertūtur. Tunc prefectus in
celle introitu copioſum ignē iuſſit accendi: vt
leo cum daria comburātur. Quod leo timens:
rugire cepit: ſed eū virgo dn̄i cōfoꝛtauit: qꝛ nec
incēdio cremaretur: necꝫ ab alio caperetur: ne
cꝫ occideret: ſed moꝛte ſua moꝛeret: iubens vt
ſecurus per ignē egrederetur: quia ille eū libe
raret: quē leo in ſe honoꝛaſſet. Tunc leo inclina
to capite per mediū ignis illeſus egreditur: et
per turbas diſcurrēs neminē leſit: nec vllus eū
exinde vnꝗ̄ cepit. ¶ Que omnia dū imperatoꝛ
audiſſet: iuſſit celerino prefecto: vt aut chꝛyſan
thum ⁊ dariā ſacrificare cōpelleret: aut diuer-
ſis penis afficeret: qui ſacrificare nolentē chꝛy
ſanthū iuſſit in equuleo ſuſpendi: ⁊ ardētes ei
lampades applicari. Sed continuo ligna oīa
equulei cōminuūtur: vincula rupta diſſoluunt:
⁊ lāpades extiguunt. Quicūꝙ ꝟo manū ad da
riā mittebant: coꝛū nerui bꝛachioꝛū ſtupebant:
quod dū imꝑatoꝛ a ꝑfecto didiciſſet: ⁊ hec oīa
magicis artibus aſcriberet: iuſſit eos in viam
ſalariā deduci: ⁊ in arenario vtroſꝙ deponi: et
viuos terra ⁊ lapidibꝰ obꝛui. Sicꝙ inuiolati cō
iuges in fouea quaſi in vno lecto deponūtur: et
magis ſepulturā: ꝙ penā excipiētes in xp̄i lau
dibus perſiſtētes: terra ac lapidibus obꝛuunt.
Sicꝙ xp̄o martyꝛes cōſecrant: ⁊ in eodē loco
vſꝙ in preſens digna celebꝛatione venerantur:
paſſi ſunt aūt. viij. kalen. nouēbꝛis.

¶ De ſanctis Criſpino ⁊ Criſpiniano martyꝛibus. Cap. cxvi.

CRiſpinꝰ ⁊
criſpinianꝰ mar
tyꝛes frēs paſſi
ſunt in ciuitate
ſueſſionēſi ſub maximiano im-
peratoꝛe agēte rictiouaro ꝑſi
de. Ibi cū beato quintino mar
tyꝛe: ⁊ alijs pluribus ex vrbe
roma egreſſi: ſueſſionem vene-
runt: ibidē peregrini habita-
re ceperunt: ibiꝙ artē conſutoꝛiā calceoꝛū adi
ſcētes: de laboꝛe manuū victum ſibi querebāt.
Ad quos propter eoꝛum artem multi gentiliū
venientes ab eis cōuertebantur. Deniꝙ rictio
uaro ꝑſide decrēti inuēti ſunt calcimēta paupe-
rum reſartientes: qui dum xp̄m confiterentur:
iuſſit eos preſes extendi: ⁊ fuſtibus cedi: dein-
de ſudes in eoꝛū vngulis mitti: ⁊ coꝛrigias ſin-
gulas de doꝛſis eoꝛū tolli. Sed oꝛantibus ſan-
ctis ſudes de manibus eoꝛū exilierunt: ⁊ mini-
ſtros ꝑcutiētes: quoſdā eoꝝ occiderūt: quoſdā
ꝟo excecauerūt. ¶ Inde mādauit preſes: vt li-
gatis molis ad colla eoꝛum tempoꝛe hyemis in
flumine axona: velut ſub glacie mergerent: ſed
eos nec aqua mergere: nec petre depꝛimere:
nec frigus conſtringere potuerunt: quin pꝛoie
cto onere ad ripam aliam fluminis deuenerūt.
Poſtmodū in plumbo liquefacto deiecti: illeſi
permanſerunt. Uerum cum gutta plūbi in ocu-
los preſidis inſiliēs ipm̄ excecaſſet. Sanctos
martyꝛes in picē et oleum ⁊ adipē ſimul bulliē
tia iactari fecit. Quos oꝛātes angelus domini
noſtri ab igne illeſos eduxit. Unde rictiouarꝰ
iratus ſe in igne ꝓcipitauit: ⁊ iuſto dei iudicio
ſe cremauit. Maximianꝰ autem audita moꝛte
preſidis: die ſequēti ſanctos gladio puniri mā
dauit: qui decollati ſunt octauo kalen. nouem-
bꝛis: quoꝛum coꝛpoꝛa beſtijs ⁊ auibus deuorā-
da relicta diuina prouidentia permanſerunt
intacta. Senex autem quidam cū germana ſua
vetula ab angelo monitus: coꝛpoꝛa inde tule-
runt. Uenienteſꝙ ad fluuium axonam in naui-
cula diuinitus ibidem preparata ea poſuerūt:

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

et contra ictum fluminis ſine remo vel remige deo duce ad locum ſibi oſtenſum peruenerunt: ⁊ ſanctorū corpora ſine vllo pondere portātes: ita vt magis ipſi a corporibus portare viderentur: in quodam eorum Tugurio ſecreto ſepelierunt: vbi perſecutione ceſſante honor eis a chriſtianis condebitus impenſus eſt: ⁊ Baſilica eorum nominibus fabricata.

¶ De ſanctis quadragintaſex martyribus. Cap. cvij.

Quadragintaſex milites rome paſſi ſūt ſub claudio imperatore: qui audiētes: ꝙ tryphonia regina quōdam vxor decij ad chriſtum cū filia cyrilla conuerſa eſſet: vt dictum eſt ſupra in legenda ſctē tryphonie decimoquinto kalendas nouembris. Venerunt ad iuſtinū presbyterum: ⁊ ab eo baptiſmi gratiam petierunt: qui clerum romanum congregauit: vt ordinarent epiſcopum vrbis rome in locum ſancti Sixti pontificis martyrizati: qui omnes Dionyſium papam elegerunt: ipſumq; per manus maximi epiſcopi oſtienſis conſecrari fecerunt. Conſecratus autem dionyſius baptizauit pdictos milites quadragintaſex a iuſtino presbytero ſibi oblatos. Audiēs hoc claudius: iuſſit teneri milites ⁊ virginem cyrillam olim Decij filiam: ⁊ congregato exercitu armato in palatio ſaluſtij mandauit. xlvi. milites ſibi preſentari. Quos chriſtum confitentes precepit foras muros porte Salarie duci: et in ciuitate figlina omnes capite cedi. Quorum corpora iuſtinus ⁊ iohannes presbyteri noctu rapuerūt: ⁊ in via ſalaria iuxta cliuium cucumeris cum alijs. cxxi. martyribus ſepelierunt. viij. kalendas nouembris. Inter hos autem fuerūt quattuor milites chriſti precipui: ſcilicet theodoſius: lucius: marcus: ⁊ petrus.

¶ De ſancto Minyate martyre. Cap. cviij.

Minyas martyr paſſus eſt ſub perſecutione decij ceſaris apud florentinā ciuitatem. Ad quā dum decius perueniſſet: minyatem tentū: ⁊ ſibi preſentatū: ac ſacrificare nolentem: leopardo ferociſſimo ſubijci fecit: ſed orante ſctō fera extincta eſt. Deinde ipſum nudū oleoq; perunctū in fornacem ardentem mitti iuſſit. Angelus autē domini vt olim cum tribus pueris cū eo deſcendit: ⁊ flammā extinxit: ⁊ ſanctus illeſus omnino permanſit. Tūc decius leonē ei adhiberi precepit: ſed ſigno crucis edito leo interijt. Deinde mandauit eū in equuleo leuari ⁊ diutiꝰ torqueri: et poſtmodum inde deponi: ſudeſq; ligneas acutas ſub vngulis manuū ipſius affigi. Qui ab angelo cōfortatus oīa ſupplicia patientiſſime tolerauit. Poſt hec iuſſit decius plumbum liquefactum eius auribus inſtillari. Cui tamē ipē chriſtus in iuuenis ſpecie candida veſte: vt ſol facie fulgens apparuit: eūq; conſolatus ad tolerantiā cōſtantius animauit. Inde mandauit ceſar aures illius ferro perforari: ſed apparente iterū ei angelo quidā ex miniſtris eū videns cōuerſus eſt. Demū decius myniatem ad templū martis adduci fecit: ⁊ eidē auri ⁊ argēti ac gemmarū quātitatē non modicā obtulit: ſi ſacrificare vellet: eo ꝙ ipſum antiqua amicitia plurimū dilexiſſet. Dum aūt oīno imolare recuſaret: iubente ceſare decollatus eſt. viij. kalen. nouembris. Et ſepultus eſt a xpianis in ciuitate florentia. ¶ Sāctus phridianus epiſcopus florētinus eccleſia minyatis martyris trās flumen arni poſitā ſepius viſitabat. Cum aūt die quadā inūdatione nimia flumen naui trāſiri nō poſſet: et naute quidā vltra flumen exiſterent: ſanctuſq; eps tranſire curaret: nauteq; illi periculo poſtpoſito: beati martyris confiſi meritis ad epiſcopū tranſuadandū venire diſponerent ſubito ſe citra flumen inuenerūt: ⁊ epiſcopum tranſportātes ſine periculo fluuiū tranſierunt. Tunc ſanctus epiſcopus eidē per ſpiritū nunciauit ciuibus illis hoc a deo ſanctū minyatem obtinuiſſe: vt nemo in aqua illius fluminis necari poſſet. Quod vſq; hodie ita extitiſſe refertur: vbi poſtmodū eccleſia in honore ſancti phridiani epiſcopi fabricata eſt.

¶ De ſancto Frontone epo. Cap. cix.

Fronto epiſcopus apud petragoricēſ. ciuitatem claruit. Qui ex eadem vrbe oriūdus: a iuuētute deo deuotꝰ. Rome a beato petro baptizatus: ⁊ epiſcopꝰ ordinatus: ad eandē ciuitatē cū gregorio presbytero ad predicādū miſſus eſt: vex poſt dies tres itineris mortuo gregorio: fronto ad petrum redijt: acceptoq; ipſius baculo ſuper corpus defuncti illum poſuit: et ſocium excitatū de morte recepit. Sicut de hoc ſupra dictuꝫ eſt in paſſione petri apoſtoli tertio kalendas iulij. Veniens auteꝫ fronto ad ciuitatem petragoricam verbo et exemplo multos ad chriſti fidem conuertit: et. lxx. monachos ibidem ad ſeruiendum domino cōgregauit. Sed a prefecto ciuitatis ſquirio nomine: perſecutioneꝫ paſſus eſt: